PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 12r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



obedienciam famulare imperijs eorum
auctoritati cede. obsequere voluntati. De-
fer obsequia iusta maioribus. Obedi cunc-
tis in bonis preceptis Ita autem obtempera
homini ut uoluntatem dei non offendas
Malum facere iustis non acquiescas Malum
iussus facere non consencias Noli in ma-
lum potestati cui quam consentire Etiam si
pena compellat Si supplicia immineant
si tormenta occurrant Melius est mortem
pati quam perniciosa iussa complere Melius est
ab homine iugulari quam eterno iudicio dam-
nari. Non factor solum sed et concius pec-
cati tenetur obnoxius. Neque enim est immu-
nis abscelere qui id ut fieret obediuit
Similis est qui obtemperat in malum ei qui
facit malum facientem et obsequentem
par pena constringit. Subditis uenerari
magis quam timere stude. Subiecti te plus re-
uereantur quam metuant. Plus tibi officio
delectacionis quam condicionis necessitate
adhereant. Talem te redde subditis
ut magis ameris quam timearis. Ex re-
uerencia enim amor procedit. Odium timor
affert. Fidem metus tollit Affectus resti-
tuit Vbi metus est de spacio occurrit.
Quapropter dum austeritatem summa bonitate
subditos rege non sis terribilis in subiectis

12

p 4